



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

9. De qualitate Affectuum leuium & violentorum: Et quomodo ijs vtendum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

agmina, tanquam pia anima, sui membra eo rporis in filij offerebat, & per artus proprios videbatur sibi subire tormenta. Cadebant filii tormentis exulcerati, mortui super mortuos aduoluebantur, corpora super corpora volutabantur, capita super capita exsecabantur. Refertus erat locus cadaveribus filiorum, non fleuit mater, non lamentata est, non oculos cuiusquam pressit, aut ora morientis clausit, non lauit vulnera, sciens gloriores esse, si euiscerati, & concreti pariter puluere, & sanguine viderentur, quales solent de bello redire viatores, qualia solent trophya ex hostibus reportare. Quae cyathara dulciores ederet cantus, quae moxores filij in tam grauidus supplicijs ediderunt, erumpente enim natura gemitus etiam inuidis.

Hæc vir diuinus: Suam verò Agnetem, quo affectu exprimit?num tubis omnibus hęc vox potior est?

Fuitne in illo corpuseculo vulneri locus? & quæ non habuit, quo ferrum reciparet, haec unde vinceret. At illius aratis puerorum, etiam vultus parentum ferre non possunt, & acu distracta solent puncta fere, quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnificum impudica manus, hæc stridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offere corpus, mori adhuc ne scia, sed parata, vel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focus, trophyum Domini signare viatoris: nunc ferratis colla manusque ambas infondere nexibus: sed nullus tam tenuia membra poterat nexus include-re. Nouum martyrij genus! nondum idonea pena, & iam matura victoria: certare difficilis, facilis coronari, magisterium virtutis impletum, quæ pænjudicium cerebat aratis. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicij locum leta succedit, gradu festina virgo processit, non intorto crine caput compta, sed Christo, non flosculis redimita, sed moribus. Flero omnes, ipsa sine fletu. [ Deinde trahuit illi orationem.]

Sponsi iniuria est expectare placitaram. Qui me sibi prior elegit, accipiet: quid percussor moraris? Perent corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo? Stetit, oravit, cœruicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset, tremere percussoris dextram, pallere ora, alieno timentis periculo,

cum puellano timeret suo. Hæc magnam, & planè illecebroram vim habent ad amoris, miserationis, odij, iracundiae, & cæteros affectus excitandos, & si sepius ita gloriofa illa martyrum certamina, victoriae, triumphi, ea quæ par est, dignitate narrarentur, fructus parenter infinitos.

Ad istas aurem, quæ singulatur, prosopepias, iuuerit appositæ, prout fert rei narratæ natura, nonnullas subtexere exclamations, ut in supplicio Gaujii prestatit Cicero, postquam enim miteri istius repetitum clamorem, *Civis Romanus sum* commemorauit, statim erupit in item exclamacionem.

O nomen dulce libertatis! *Qui eximium nostræ ciuitatis* *lex Porcia, legesque Semproniae* *o grauiter desiderata*, & aliquando redditæ plebi Romanae tribunitia potestas.

De qualitate affectuum lenium, & violentiorum.

Et quomodo ijs tremendum.

#### CAPVT IX.

Affectum alij lenes sunt, alij violenti, & illi quidem suauiter influunt, hi citatæ quodam impetu vibratur. Hi dolorem moderarum decent, illi quasi iracundia satelles ad subita excubant, & vehementius exiliunt: illi tractantur securius, hi in tumorem plerique degenerant. Exemplum lenis, & moderati affectus tale est apud Quintilianum, ubi ipse filij mortem deflet.

Illum, inquit, de quo summa conceperam, & in quo spem vincam senectutis meæ reponebam, reperito vulnera orbitis amissi. Quid nunc agam, aur quem ultra esse vsum mei Dijs reprobantibus credam? Nam ita forte accedit, ut eum quoque librum, quem de caulis corruptæ eloquentæ emisi, iam scribere aggressus simili istu ferret. Tunc igitur optimum fuit infastum opus, & quicquid hoc est, in me infelicium literarum, super immaturum funus consumptum, viscera mea flammis injecere, neque hanc impiam viuacitatem, uouis insuper cui us fatigare. Quis enim mihi bonus parent ignoscat, si studere amplius possum? ac non odi rim hanc animi mei firmitatem, si quis in me est aliis viis vocis, quam ut incussem Deos, superest om-

ium meorum? nullam terras despicere prouidentiam tester? si non meo casu, cui tamen nihil obijci, nisi quod viuam, potest. At illo-  
rum certe, quos vriue immeritos mors acerba damnavit, crebra mihi prius corundem est mater, qua nondonum explore aetatis vnde-  
cimmo anno, duos enixa filios, quamuis a-  
cerbissimum rapti fatus felix discellit. Ego vel  
hoc uno malo sic eram afflatus, vt me iam  
nulla fortuna possit efficerre felicem. Nam,  
cum omni virtute, quae in feminis cadit, fun-  
ctis, insanabilem attulit marito dolorem,  
tum etate ea puellari, praesertim meæ com-  
parata, potest & ipsa numeratissima vulnera  
orbitatis, liberis tamen superstiti sùs oble-  
stabar, & quod nefas erat, fæua, ied opta-  
bat ipsa: me saluo maximos cruciatius præci-  
piti vita effugit. Mihi filius minor, quintum  
egressus annum, vt in maius agerem, prior al-  
terum ex duobus eruit lumen. Non sum am-  
bitiosus in malis, nec augere lacrymatum cau-  
fas volo, vitinamque effet ratio minuendi, sed  
dissimulare qui possum, quid illi gratia in  
vultu, quid iucunditatis in sermone, quos in-  
genij igniculos, quam præstantiam placide. &  
(quod scio vix posse credi) tantum alta men-  
tis ediderit? qualis anorem quincunque alienus  
infans mereretur. Illud veò infidantis,  
quo me validius cruciarer, fortuna fuit, vt il-  
le mihi blandissimus, me iuvis nutritibus, me  
auia educanti, me omnibus, qui sollicitare  
solent illas aetates, anteficeret. Quapropter  
illi dolori, quem ex matre optima, atque  
laudem omnem supergressa, paucos ante men-  
ses ceperam, gratulor. Minus enim est, quod  
fendum meo nomine, quam quod illius gau-  
endum est. Vna post hac, Quintiliani mei  
spe, ac voluptate nitabar, & poterat sufficerre  
solatio. Non enim flosculos, sicut prior, sed  
& decimum iam aetatis ingressus annum,  
certos, atque deformatos fructus ostende-  
re, fuisse templa, ut in locis conseruatis

est, nostra prouehantur. (Deinde) Tu scis te-  
go, ò mea spes inanes, cum labentes oculos,  
cum fugientem spiritum vidi ? corpus frigidum  
exangue complexus, animam recipere,  
auramque communim haurire amplius po-  
tui? dignus his cruciatis, quos fero, dignus  
his cogitationibus. Tene consulati nuper  
adoptione, ad omnium spes honorum patris  
admorum, te annulo. Prætorigenutum de-  
stinarum, te omnium spe Attica eloqua-  
tia candidatum, superites parens habiturus  
est tantum ad poenas? Er si non cupido lucis,  
certe patientia vindicet te, reliqua mea ætare.

Hactenus Quintilianus, cuius affectus (vt  
apparet) suar valde ciuiles, & humani: compa-  
tentur huic, ea que in eodem argumento scri-  
psit Himerius famosus ille sophista, qui Iulia-  
ni temporis floruit. Christiano nomini per-  
infensus. Inuenientur quidem vehementia, **Himerius**,  
sed que pesce degenerent in frigidum. Sic **affectus et**  
igitur ille de morte filij. **Quintilia-**

Ω ταῦθε τὸ Αἰχόλοον μεγαλοφορίας ε-  
ξιορ! Ήμετκλεῖ δὲ θέσης, τολμῆς τερπίδος, καὶ παρα-  
τὰ σύλλων, οἷμαι, διάτηκα, ἵνα μετρυφας τὴς  
ἀρετῆς γενέθη κλιτος πάτερν πτυσσατο· πὸ δὲ  
εἴτε τοῦ κυττάλου μένον ὑπέκειν τας σύλλας ήμερ  
τας ἱρακλέτες τοῖς θαύμασι. ης ἀπέκεινος  
δέμαυνος τῆς ἐμῆς ἔστις τὸν χροτὸν βόστρυχορχή-  
τις τὸν περιπτόν τῆς ἐμῆς δόξης ἐνέστε; τις δὲ  
ερνύνων τὸ παρεῖσθαι θεῖανθε, καὶ τὸ προτρη-  
νεῖς, καὶ οὐδὲ μείδια μάτια σῶν τοσοσέπειρην  
θεύλασθεν; οἱ μοι Διόνυσος, τωνὶς θευκαὶ ἐκ τοῦ  
εὑ τελέσθεντα τὸν ιερὸν ἀρταζόμενος,  
&cetera, que extant apud Photium. Latine Edit. P.  
hunc sensum habent. O dolor Aeschylus dig. Steph. P.  
nus cothurnos! Herculem terras perugari, &c. 20. II.  
duodecim adeo labores subire, ut terrarum  
orbem, veluti virtutis sive testem reliqueret.  
Tu verò intra tuos commoratus terminos, egregia factis nobis columnas Herculis  
superasti! Quod quæsto numen auream cas-  
tiæ familiæ decondit me? quis gloria meæ  
splendore existinxit? Quarum furia gena-  
rum ruborem, blandum, iucundumque vultus  
tui rilum eripuit? Quaratione heu me! passus  
es, ô Liber! ex delubris tuis facium diripi ju-  
uenem? Commune hoc aduersum te, me-  
amque familiam, Erianyes triphænum fixe-  
runt. Cui ei thalamum auptialam inferi-  
orem non apparau, quandoquidem su-

Periorem ei Parca inui derunt. Heu quibus, quam trifib⁹ seruatus sum luctuos⁹ sermo nibus? Omnia cum orationum argumenta tractarim, vnum luctus semper declinavi, ne sciebam enim me meis lamentis seruari. O qui antea scatis terminos virtutum dotibus transfigisti, iam vero morte commutati, qui fraterno amore, etiam Dioscuros superasti.

Affectus  
frigidus, &  
tragicus, ali-  
quando  
etiam pue-  
riles.

Illi quidem pro Helena bellum gesserunt, caput tamen non proficuerunt. Tu vero fratti⁹ tui germani custos, omni muro etas fortior, tu omnibus morbis, solo animi iobore resististi. Improbus fortasse dæmon, & crudelis, ideo tecum contendit, & multis prælijs superatus, tandem aliquando clandestinis, & fallacibus machinis te prostravit. Neque vero celiſti ad extrema vique dæmoni, ut possumus audire, sed corpore licet celiſti, animo non celiſti. Verum strangulauit ille, perque vim abstulit; Tu vero in ipso laqueo animam agebas, amabilem tibi nutricem voce in clamans, te omni ope delitatum, sic laqueo conclusi. Nouerat enim, quod se p̄e victus, patre presente, & iunante discederat. Viceras, & obstinatos, immobilesque iradicum animos: & tum primam leuiter illum confessum rixile apparuit. Desiderio tui mentes illas flexisti, quas Dij ipsi, iudicio discepentes, electere nequierunt. Occluſisti mihi portas urbis, occluſisti Eleusina. Qua ratione Mineruæ sacrificabo quæ pro te fuiam contra Dæmonem illum non excitaui? Quomodo Deum patrium colam, parer ob filium contristatus? ò audaces sermones! iacet Rufinus, & vos adhuc flores? ò infelix lingua, Musarum prius instrumentum, nunc vero turpis Dæmonis? ò qui clarus Lucifer⁹ splenduſisti, qui lætiſſimum mihi tum diem ostendisti, cum te primum Sol conſpergitiam vero carsum tristissimum, quo acerbum illum, & tragicum putum percepisti.

Hactenus Sophista Ethnicus, & quidem fatis verbosè vehementiores videntur illi affectus, non sunt tamen graues, pluris vnum illud Quintilian⁹ facio.

[Iuro per illos manes numina doloris mei] quam totam istam monodiam. Primum enim, & Baccho, & Mineruæ vehementer irritus auncium remittit, Eleusinæ, & patriorum Deorum cultum auersatur, nihil nisi furias, & dæmones, in se stimulis inuidiae concitatos loquitur, linguam ipsam suam Alastoris cuiuspiam instrumentum confiteretur,

qua omnia doloris sunt tragic⁹, furios⁹, & desperati. Deinde, cuius amentia est, scholasticum adolescentem cum Hercule, Castore, & Polluce comparare, eius desiderio mentes inflexas praedicare, quas Dij flectere nullo modo potuerant?

Certe & in ijs affectibus, quanquam possum fermè scribit, longè prudentior est anchor Aethiopicon. Nam ecce Theagenes Chari⁹ Thigys⁹ cleam velut mortuum luger, qua ramen adiuc Chari⁹ erat in viuis: erumpunt affectus, satis quidem velut vehementes, sed non insanii.

Ωταδέδειπνον, φυτίου, ο σομφρός δεκτα-  
λάι! Ής εύταξάκορες Θρηνός τις κατε-  
ροις ηγήσθεις στεβάνχεσσε, φυγὴν τὸ σφευχθέη  
θητειλάστα, κινδύνοις θαλασσῶν, κανθάροις  
περιπτηριων ὑποβαλάστα, ληγάδες παραδεῖστα  
πολλαχίς, τῷ οὐλατοπειραστα; ἐν μονο-  
άντι ταῖνον ὑπελάστεο, καὶ τόποις ἀνήρασι-  
κῆται χαρίκεται, καὶ τολεμίας κατεισθεὶς Εργον  
φιλτάτη γεγενηται. οὐλοὶ δὲ οἰστορροσύνης ἀ-  
τεχεύειν, καὶ έμει δῆθει έσυγκην φυλακήστα. κε-  
ραι δὲ οὖν δρός ἡ δισυχής, οὐδὲν μὲν τὸ ὅρα  
διπονα μένη εἰς οὐδὲν δρελον Θρηνοί έμοι γενομένη. οὐλ-  
ῷ γλυκεῖα περιφεύζει τὰ τελευταῖα εἰδοτά,  
ἐπισκηνομένη, καὶ κατά μικρὸν έμπτειν. Οἴ μοι,  
σιωπαῖ! καὶ τὸ μακρικὸν ἔκεινο καὶ θεγυόρος δύμα  
σιγῆ καθητεῖν; καὶ ζόφον τὸν περιφόρον, καὶ κάθ-  
τινές τῷ ἀνακτάρων κατείληφεις; δύσβαλμοι δὲ  
ἀργυρεῖς οἱ τελίναι τῷ κάλλιν κατερφατητοί,  
εὐεστρέψθειν οἱ εν δισυσταῖ, οὐδὲν ακριβέσσον. Αλλά  
τι, ἀντετελεσθεῖσιν οὐδεμίατε; γέμισθαι; οὐλοὶ θινύρειοι;  
γεμιτοί; οὐλοὶ πετρατοί. Πίνα οὖν ἀνακηλθετοί,  
τίνα περιφεύζομαι λοιπόν, οὐ δρετὸν ταῦτα οὐ-  
μάτοντείσορε, χαρίκεται; καὶ χαρίκεται, θάρσος,  
τεισὸν ἔχει τὸν έρωμαθορον· ἀπολύτην με μικρὸν  
έστηρον, οὐ διδύχορον καθέσθαι τούτον, τὰς θινυτέ-  
σφαγάς, καὶ απειθεματογένητον μηδέποτε οὐτέλασμον.

Animaduerte quād (vel in isto argumēto  
in quo ratus est modus) compōuti sunt, & non  
periles affectus.

O dor-

Pulcherrima  
malam  
iama.

O dolorem (inquit) intolerabilem; o calamitatem diuinitus immisam & quam aded insatiabilis furia in nostris bacchabatur funeribus? quæ exilium nobis à patria imposuit, lexcentis rariis, prædonumque periculis obiecit, omnibus fortunis spoliatos. Vnum erat pro omnibus reliquo solarium, sed & hoc erexit est. Iacet Chariclea, & hostili manu dilecta perempta est, haud dubie pudicitiam propugnans, & mihi se afferuans. Nibilominus tamen iacer infelix, neque ipsa quenquam ex forma fructum cepit, neque mihi vili vli fuit. Ceterum, o dilecta, alloquere me iam ultimè, solito more: munda quipiam, si quid adhuc spiras. Heu me miserum & tacet, fatidicum illud, & diuine lepore præditum os, silentium premis! Calligo igniferam, & ex sacrario Deorum ministram, chaos occupavit? Oculi vero lucis expertes, qui nuper gratissima pulchritudine fulgurabant, hos non vidit intersector, certo scio. Ceterum, quoniam nomine quipiam appeller? Spontane? at despontata non es: an pronupta? enim uero expers es coniugij. Quam igitur appellabo? quam neuisimis verbis alloquar? An omnium suauissimo nomine Chariclea? O Chariclea, adesto animo, sedum habes amatorem: haud ita multo post me accepta es: iam enim tibi inferas peragam mea ipsius cæde, amico tibi sanguine faciam, & ambos capiter nos hæc spelunca, rude, & tumultuarium monumen-

Vnam hic auctor in grauiori arguento versatus fuisset, ingenium illi candidum, politum, & ad maiora eloquentia decora natum. Caudum est omnino, ut postea ostendemus, ne istis miserationibus, quod persepe contingit, excidat oratio, alioqui in frigidos, & pueriles dissoluntur affectus: satius est moderatè lugere, quam istas ineptissimas nänias ridentibus occinere.

In iracundia felicius vehementiorum affectuum fræna laxantur, ut patet in Ciceronis Pisoniana, quæ flammæ, ac faces iaculatur; tragicas etiam imprecations usurpat, quibus ait te diriora impetrari.

**Exempla**  
**omnium in**  
**iracundia.**

Quæ est igitur poena? quod supplicium? id mea tententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita, & opressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti Senatus, amissio dignitatis.

(Deinde) neque verò ego, si unquam vobis mala precarer, quod sapè feci, in quo Diis immortalis meas preces audierunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer.

Thycæsa ista excoratio est Poëte, vulgi animos, non sapientum mouentis.

Vi in naufragio expulsus, rufiam faxis fixus  
asperio,  
Enisceratus latere penderes, faxa spargens  
rabo.

Sanie, sanguine astro.

Sed neque nimis exaggeranda res est, nam qui in reuiri arguento Thycætos clamores fundit, ineptus est, & risum magis efficit quam iracundiam.

### De immoderatis, & nugatorijs affectibus:

Deçue Aristidis, & Libanij in hoc genere erroribus.

### CAPUT X.

Nescio quo pacto rerum humanarum virtutis, ut quæ eximiæ pulchra, aut iucunda sunt, quasi venerint ad summum facile destituant, & in fastidium, contemptumque defluant.

Nihil præclarius in tota eloquentia, quam ratio affectuum, nihil æque fragile est, nihil erroribus magis obnoxium, quibus tota illa gratia, & honoris pompa marcescit, & quæ antea pulchra, & speciosa videbantur, in risis, ineptiasque pueriles disoluuntur. Hoc sapè contingit in affectibus, dum humanos linites, modumque prudentiæ transiliunt. Exemplum sit ex Aristidis monodia, de Smyrna, in qua multa quidem ritus appositè dicta, vs;

Ω Ζεῦ τί χρήσαι, τότερον σωτῆρα  
Σιμέρης καιπέντε; τίνος μεγάλων διδάμαντος φύσις; ή τίνα ταύτην καρπεῖαν καρπεῖν; ήλλα διδόγομα; ποιας δημονιαν ἀρμοσάντος;

Proh Jupiter quid agam? utrum racibo collapla Smyrna? cuius adamantis, si taceam, hoc ingenium est, quis stupor tolerantiæ? an lugebo? quam verò adaptans harmonizm, &c. Aristida  
lamentatio  
de eversi ne  
Smyrnæ

Aaa 2 Hoc